

Q V A E S T I O II.

De principijs entis naturalis.

VLTA dissensio de numero principiorum, fuit inter antiquos philosophos; alij pro principio rerum omnium vnum tantum assignabant, & hoc esse igne dicebant, alij aquā, aliqui vero non vnum, sed infinita dicta principia, vltimo tandem Peripateticus tria principia rerum omnium esse, cum eius sequacibus affirmauit, materiam suam, formam, & priuationem; de quibus principijs modo a me discutiendum est.

S E C T I O I.

An idem sit principium, causa, initium, elementum, & quid ista nomina prouincient.

Prinципium propriè sumptum in sua latitudine magis latè patet quam causa, etenim ad principij rationem solum requiritur, vt sit id, ex quo primò res est, sit, aut cognoscitur, causa verò influxum defectibile dicit, vt infra dicam, quare sit ut Pater aternus sit principium Filii, & Pater, ac Filius sint similiter principium Spiritus Sancti, quia ex primo Filius procedit per aternam generationem, non autem tamquam a causa sicut nec Spiritus Sanctus a Patre, & Filio. Neque ostant nobis antiqui PP. Graci, vt Chrysostomus, Theodoreetus, Damascenus, & alij, dicentes Patrem aternum esse causam Filii, quia usurpabant nomen causæ pro principio, vt referunt latini scriptores cum de diuinaram personarum productione loquuntur, quare largè principium sumendo, sub se causam continent, sicut animal continet rationale, quia omne quod rationale est animal est, non tamen è contra, sic omnis causa est principium, non tamen omne principium est causa: hinc est quod principium non debet inservere in principiatum per influxum,